

stabilire anniteremur ; igitur
 sciatis quod nos virum nobilem
 & nobis perquam fidelem &
 dilectum Isaacum Vvakum E-
 quitem auratum & nostrum
 apud dictum Fratrem nostrum
 charissimum Regem Christia-
 nissimum morantem Oratorem
 & legatum ; de cuius quidem
 multâ rerum experienciâ , pru-
 dentiâ , virtute , & fide pluri-
 mùm confidimus , fecimus , con-
 stituimus & deputavimus &
 per præsentes facimus , consti-
 tuimus , & deputamus nostrum
 verum & indubitatum commis-
 sarium deputatum & Procura-
 torem , dantes eidem & com-